



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

17. Clerici ne quidem cum consensu Episcopi sui prorogare possunt jurisdictionem Judicis sæcularis, subjiendo se eius iudicio in causa civili: *arg. cap. si diligenti. de foro comp. jun. G. communiter recepta.* Tametsi enim laicus in causis civilibus (non criminalibus) Clericorum possit esse Judex delegatus ab Episcopo: ex praxi & doctrina communi, & *Gl. in cap. 2. ver. non presumant: de jud: Abb Fel. ibid:* non tamen laici Judicis jurisdictione prorogari potest ad causas Clericorum; quãdoquidem Judex delegatus non propria, sed delegantis auctoritate iudicat: Judex autem prorogat<sup>o</sup> jure proprio, quod extendi non potest ad causas Ecclesiasticorum, cum huius jurisdictionis incapax fit laicus *cap. 2. de jud: & prorogatio jurisdictionis fieri nõ possit ad causas omnino diversas.*

18. Quantum ad Religiosos aliosque Clericos exemptos ab Episcopo certum est, eius se jurisdictioni subicere non posse in contentiosis *Abb: in cap: significasti. 18. n. 10. de foro comp.* Tamen in voluntariæ jurisdictionis actibus, videlicet absolutione à peccatis censuris, dispensatione super  
irre-